Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars II.
Wien, 1800 Seite 1495
Quelle:
Copyright:

Les très merveilleuses Victoires des femmes du nouveau monde &c. *Paris.* 1553. 16. quod non semper adcurate factum est; dein, in altero Nostri *Prooemio* haec legi: *Così a voi dolcissimo mio Gello et per voi a quella non men famosa che dotta Compagnia dell' Accademia uostra, et per detta Compagnia a tutto quanto il mondo io indirizzo questa historia* &c. *Gellum* hic intelligi *Job. Baptistam* illum *Florentinum* Sartorem literatum, cujus vitam dedit *Niceronus* T. 18. p. 40. nullus dubito, *Academiam* vero dictam *Humidorum* fundatam *Florentiae* a. 1540. cujus membrum is *Gellus* fuit. Igitur oportet, *Postellum* in curfibus suis *Florentiam* etiam salutasse, quamvis id apud Scriptores non reperiam. Suadet id insuper ejus *Commentatio de Etruriae Originibus* &c. *Cosmo* Duci inscripta et edita *Flor.* 1551. 4. cui adhaeret *Epistola* ad *Pet. Fr. Giambullarium*, in qua frequens *Gelli* mentio, Opusculi videlicet de Originib. *Hetr.* et speciatim Linguae *Florentinae*, quod autor *Jambullarius Gellum* inscripserat rationem in Praeambulo hanc reddens: *Ho introdotto a parlare il nostro Giouanbatista Gelli, si perche egli è molto uirtuoso, et tanto amico mio, che dal cognome suo uoglio chiamare questa opera il Gello* &c.

DCXLV.

H. 6 Codex chartaceus gall. Sec. XVIII. Folior. 45. 4. sequentia continet Απογραφα. I. Famosi Libelli inscripti: *La Beatitude des Chretiens, ou Le Fleo de La Foy, par Geoffroy Vallée natif d'Orleans, fils de feu Geoffroy Vallée, et de Girarde Le Berruyer ausquelz noms des Pere et Mere assemblez il s'y treuve Lerre, Geru vrey Fleo d. La Foy bygarreé Et au nom du filz Va Fleo Regle Foy aultrement Guere La fole Foy. Heureux qui sçait Au scavoir repos.* Satis haec produnt autorem, quem *fanaticus error et iracunda Diana* urfit. Septem Articulis constat, qui inscribuntur: *Le vray Catholique ou Universel. Le Papiste. Le Huguenot. L' Anabaptiste. Le Libertin. L' Atheiste.* et: *Qui est en crainte, quelque crainte que ce soit ne peult estre heureux.* Multa in his impia, pleraque obscura et inter se parum cohaerentia, e quibus aegre conficias, existere quidem Deum, quem tamen neque colere, neque timere opus habeas. Plura de infelici Autore *Parisiis* anno 1574. recantatis, ut ajunt, erroribus supplicio affecto *Niceronus* T. XXIX. p. 39. *Baylius* in *Lex. Menagiana* T. IV. p. 311. *Sallengre Memoires de Litterat.* T. I. p. 222. *De la Croix du Maine Biblioth. Franc.* ex edit. *Rigolaei Paris.* 1772. T. I. p. 277. *Vogtius* in *Cat. Libb. rar.* p. 695. qui quidem audiendus non est, dum aliud *Vallaeo* subpositum Exemplar τȣ *Fleo de la foy* excitat; est enim haec Scriptorum rarissimorum conditio, ut Sycophantae literarii facile inde occasionem arripiant Eruditis imponendi, aut emungendi Divites curiosos,

Unctum